2468

24/XI

Feria Tertia pridie Festi Sanctae Catherinae Virginis et Martyris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo.

Iaskmanicki Tutores ordinat et Inscribit.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesen[tibus] Castren[sibus] Capitan[ealibus] Praemyslien[sibus] Generosus Iacobus de Iaskmanice Iaskmanicki Sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibus Suis quibusuis propriis et competentibus recedendo. Praesenti vero Castren[si] Capitan[eali] Praemyslien[si] Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouit. Quia ipse habita ratione eo vel maxime considerato quod innato Parentes erga liberos filiosque suos ferantur amore illorumque tempestiue bonis et fortunis prospicere teneantur ut etiam et post fata sui Parentum libitam et sufficientem possint habere tutelam et administrationem Existens quoque Parens et tutor naturalis Generosorum Valentini Ioannis et Alexandri Andreae et Sophiae atque Magdalenae cum Generosa olim Marianna Niedzwiecka Conte Sua legitima procreatorum Filiorum et Filiarum Iaskmanickich, ne post fata sui Recognoscentis uti Parentis in orphanitate remaneant

bona et fortuna ipsorum sine certis et firmis tutoribus atq
administratione tutelæ quovis modo dilapidentur et distra
hantur aut in manus alicuius Capitalis Tutoris devolvantur, ideo
tempestive eisdem filiis et filiabus suis providendo et praeci
ciendo atq obviando iacturæ et consumi substantiæ bonorum eorun
dem liberorum suorum, quæ per aliquem Tutorem Capitalem eveniri
et subsequi posset. Sed ut ex nunc post fata et decessum sui Reco
gnoscentis per dignos et legitimos Tutores administretur. Sui Re
cognoscentis tutores et administratores eorundem Generosorum Valentini Lo
annis Alexandri Andreæ et Zophiæ atq Magdalenæ Laslima
nielich filiorum et filiarum legitimos Illustrem et Magnum
Andream Maximilianum de Fredrowice Fredro Castellanum
Leopolien. tum Generosum Alexandrum de Laszmanice La
slimanielli atq Admodum Rndum Jacobum de eadem Lask
limanielli Parochum Zolynen. fratres inter se ger
manos sui vero Recognoscentis filiastros eligit ordinat en
scribit et constituit. Dans et concedens eisdem Tutoribus libe
rorum suorum prefatis plenariam facultatem et omnimo
dam potestatem eosdem post fata sua et ab hac luce decessu
instruendi bonis moribus imbuendi bona et fortunas illor
nè iniquè distrahantur tutandi et benè administrandi ci
liaq omnia muneris tutoralis officii peragendi et exequendi.
Salva nihilominus eandem dispositionem tutorialem augen
minuendi cassandi corrigendi et aliam si opus et necessitas
fuerit faciendi sibi Recognoscenti pleno in robore reserva
ta. Hac sua præsenti personali recognitione ad acta mediante.

Feria Quinta in crasti